



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

24. De tribus Deiparæ virginis imaginibus, ab incendio circumquaque
grassante diuinitùs conseruatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

nedum deturbare potuerunt, inuicta illa & immota, inuitis omnibus istis perdurante, & de furore hostium suorum triumphante. Ipsi nos candam imaginem eodem in loco etiam tum pendētem paulò post conspeximus. Non haberent homines isti in Christi & sanctorum eius venerandas imagines potestatem vel minimam, nisi data illis esset desuper. Qui legem posuit aquis, ne transeant fines suos, idem & eiusmodi hominum rabiem vel minimo nutu coëcere potest, & sæpenumero vel miraculosè coërcet, vel exertam in se uolūque sanctos rabiem, cum acceperit tempus, seuerissimè vindicat.

De tribus Deipara virginis imaginibus, ab incendio circumquaq; grassante diuinitus conseruatis.

CAP. XXIIII.

Circa annum Domini 1533 oppidum Delphense in Comitatu Hollandiæ, incendio conflagrauit. Erant autem id temporis in eodem oppido tres imagines Deipara virginis præ ceteris omnibus præcipuæ artis, uenustatis & uenerationis. Prima in antiquo templo, altera apud domum Senatoriam, tertia iuxta ædes Prætoris. Grassante incendio omnia circumquaque flammis vastata, atque in cineres redacta fuerunt: tres uero istæ Deiparae virginis imagines, quæ multis inde ab annis pietatis & religionis ergo istis in locis erectæ erant, inuiolatæ & illæsæ penitus permanse-

runt. Sic placuit altissimo, sacratissimæ atque integerrimæ matris suæ iconas honorare, qui dum in assumpta ab ea carne homo inter homines conuersaretur, non dedignatus est teneræ virgini & putatio patri subditus esse.

(Luc. 2.)

De puella, quæ voto ante imaginem Deiparæ factò, à diuina infirmitate cõualuit: ipsa verò imago iam ante ex nimia vetustate caduca, ac postmodum per platearũ confragosa raptata ab hæreticis, illa sola permansit.

CAP. XXV.

Præsentem historiam, & tres præcedentes, retulit nobis quidam doctrina, ætate & vitæ sanctimonia admodum venerandus, qui Delphis agens, anno Dominicæ incarnationis 1535, habuit istuc inter cæteras religiosas virgines, quandam suæ confessionis filiam, circiter 10 annorum. Quæ cum id temporis aliquandiu graui premeretur infirmitate, puellæ matertera, etiamnum superstes, templum, quod ibidem vocant Nouum, ingressa, ante quandam imaginem dolorum sacratissimæ virginis in orationem se resoluens, vouit tantum frumenti, quantum infirma iuuenula ponderaret. Quo voto præstito, mox puella puissimæ sanitati restituta est. Imago verò illa tantæ fuit antiquitatis, vt planè esset cariota, necessumque esset exeso capiti nouum substituere. Quin & brachium longa vetustate luxa-

Q 3 sum,